



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 109. Regis obtentus ad recusandam Præsulum captorum liberationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

ipfis liberum foret habita potentissimæ Sæcul. XVI.  
A.C. 1580.  
familiæ, & atrocitatis injuriæ ratione,  
armorum via, & quavis alia ratione,  
etiam implorata Catholicorum Princi-  
pum sibi sanguine, & cognatione jun-  
ctorum ope, jus suum prosequi, insu-  
per iisdem mandabat, ut & protesta-  
tionis ita factæ documentum sibi tradi-  
posuissent, præterea ejusdem argu-  
menti mandata cum iisdem clausulis  
iisdem procuratoribus injungebant An-  
na Atestina Nemorsia Guisianorum  
Mater, ac Catharina Maria Monpen-  
seria eorum Soror, necnon Catharina  
Clivia Guisii Ducis Vidua: porro cuncta  
hæc præcipiebantur Maduani Ducis,  
Aumalii Ducis, & Equitis nomine.

## §. CIX.

*Regis obtentus ad recusandam  
Præfulum captorum libe-  
rationem.*

Eodem tempore, quo nova hæc Du-  
cis mandata Romam deferebantur, Spond. hoc  
ann. n. 10.  
Cenomanensis Episcopus a Franciæ Rege  
literas accepit, quibus summo Pontifici  
significare jubebatur, quod Cardinalis  
Borbonii liberatio minime obtineri pos-  
set, quin majores motus excitarentur,  
quoniam perduelles eum quantocius in  
Regem creaturi forent, nec idem in  
manus Legati confignari valeat, eo-  
*Hist. Eccles. Tom. L.* Yy quod

Sæcul. XVI. quod is esset Romam versus jamjam  
A.C. 1589. iter suum tantopere prosecutus, ut inde  
haud amplius revocari valeret: pono  
de Archiepiscopo Lugdunensi scribebat  
Rex, quod is non ultra in sua, sed in  
Præfecti arcis Ambrosianæ potestat  
existeret, hic autem captum sine lyti  
solutione dimittere nollet. (\*) Hoc Re  
gis responsum cum Pontifex audi  
visset, & simul a Cardinalibus nonnu  
lis monitus esset de publica protec  
tione a Principibus facienda, siquid in  
gratiæ Regis indulgeret, cum id nonni  
gravi cum Ecclesiæ offensione, & re  
rum periculo fieri posset, hinc idem  
Pontifex Purpuratorum Senatum ha  
buit, ut cum Cardinalibus de modo  
hanc rem pertractandi conferre posset  
cum autem fœderati Princes, si quis  
in Regis gratiam Papa indulgeret, si  
palam reclamaturos minitarentur, Pu  
purati exinde timore obruti vereban  
tur, ne tunc, si Papa veniam con  
cederet, Catholici ad Sedis Apostolica  
patro

---

(\*) Forte tum potentissimi Regis manu  
tum lytri solvendi cupiditatem reprimere ha  
poterat, aut loco Cardinalis Legati haud alio  
inveniri, cui Borbonius tuto consignari po  
tuisse, ne in Regem absens minus, quam  
adhuc captus foret, eligeretur.

amjam  
ut inde  
porto  
ribebat  
sed in  
otesfan  
e lyti  
oc Re  
audi  
nonnul  
rotella  
quid in  
nonnul  
& re  
e iden  
um ha  
mod  
posse  
si qui  
ret, i  
; Pur  
ereban  
n con  
stolica  
patro  
  
manch  
ere ha  
ud alio  
nari po  
quam

patrocinium confugientes ab ejus obedientia deficerent.

Sæcul.XVI.  
A.C.1589.

### §. CX.

#### *Præcedente admonitione Rex a Papa anathemate percussus.*

Sixtus quoque hoc timore percussus *Thuan. l. 95.*  
*Spord. hoc*  
*monitorium vocant, in Patrum Senatu ann. n 10.*  
*edidit, quo post iterato narratam Car- Journa! de*  
*dinalis Guisii necem, & Borbonii, at- Henri t. 1.*  
*que Lugdunensis detentionem, quibus Matthieu l.8.*  
 Rex quamvis saepe monitus satisfacere non curasset, pro paterno affectu, quo eum semper prosecutus fuisse, denuo per viscera misericordiae Dei hortabatur, & Auctoritate Apostolica primo, secundo, & tertio monebat, præcipiebatque, ut dictos Borbonum, & Lugdunensem intra decem dies a die publicati monitorii numerandos, pristinæ libertati restitueret, & triginta post restitutionem diebus id Sedi Apostolicæ idonee significaret: ni faceret, eum, & cunctos, quicunque iis in rebus consilium, auxilium, aut favorem præstarent, in Ecclesiasticas censuras incurfuros, & ab Ecclesiæ corpore exscindendos, atque ejus communione privandos minitabatur, prout in sacris Canonibus, & diplomate, quod seria quinta

Yy 2 hebdo-